



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118820

§. 84. Synodus Diöcesana Mechlinensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67222)

Charissimi in Christo Filii nostri Reges, & Sæc. XVII.
 dilecti Filii Nobiles Viri Principes Catho- A. C. 1609.
 lici, necnon nonnulla Metropolitanarum &
 Cathedralium Ecclesiarum Capitula, mul-
 tarumque Civitatum Communitates, & ho-
 mines nobis iteratis precibus humiliter sup-
 plicari fecerunt, ut donec Canonizationis
 honorem, quem dicto Ignatio ab ejus ex-
 cellentia merito aliquando Divina aspirante
 gratia habitum iri sperant, ab Apostolica
 Sede impetrarent, eundem Ignatium Bea-
 tum vocari Quare nos re mature
 discussa concedimus, ut imposterum Beatus
 nuncupari valeat. Postea Pontifex So-
 cietati suismet in Templis Officii, Sa-
 crificiique Divini solemnibus publicis
 Ejusdem Beati memoriam recolere in-
 dulsit.

§. LXXXIV.

Synodus Diocesana Mechliniensis.

Sub idem tempus Matthias Hovius *Acta Mechl.*
 Mechliniensis Archiepiscopus ad diem *Syn. Concil.*
 quintam Maji Synodum indixit, in qua *Germ. t. 9. §.*
 tamen potissimum decreta in Synodo
 anni millesimi sexcentissimi septimi con-
 stituta fuerunt innovata, eorumque ob-
 servantia in usum deducta. Statutum
 præterea, ut Parochi filios illegitimos
 aut pauperes vel peste laborantes
 Baptizare non renuant, etiam prohi-
 bente

Sæc. XVII. bente Magistratu: simul quoque anti-
 A. C. 1609. quum morem innovari desiderat, quo
 Baptismi dies a quovis quotannis pie
 celebrari consueverat: præcipit etiam
 Synodus, ut Confessarii non detecto
 sed cooperto capite Sacramentalis ab-
 solutionis sententiam ferant, eos vero,
 qui horas Canonicas solum mentaliter
 recitant, suæ non satisfacere obliga-
 tioni, declaravit Synodus. Eodem hoc
 anno Narbonæ in Occidania hujus Ec-
 clesie Archiepiscopus Synodum Pro-
 vincialem habebat, cujus potissima de-
 creta circa fidem & mores versantur.

§. LXXXV.

*Disciplina Regularis in Monasterio
 Portus Regni per Mariam An-
 gelicam Arnaldinam
 restaurata.*

*Abregé de
 l'hist. de Port
 Royal.*

Tam virtutum exemplis, quam anti-
 quitate admodum celebris erat
 quondam Portus Regius Ordinis Ci-
 sterciensium Abbatia Caprusium prope,
 sexto Parisiis lapide distita, quam An-
 no Christi millesimo ducentesimo quar-
 to pro duodecim Virginibus Odo de
 Sully Parisiensis Episcopus fundaverat.
 Attamen exeunte Sæculo decimo sexto
 hæ Moniales a pristina vitæ Sanctimo-
 nia plurimum aberrabant, mundanæ
 vani-